Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

H ante V

urn:nbn:de:bsz:31-107476

Visual Library

cant, quod uno tempore conficiunt. Vide item Caton. cap. 6.

H ante V.

HV. In notis antiquorum Hujus. H. V. honeſta vita. H. V. B. P. Heres verus bonorum poſſeſſor.

Huber, huberis, Fœcundus, fertilis, ferax. ſecundum Apuleium cum h, ab ὕω, pluo. [פרה porêh שבע ſabéah שמן ſchamén טוב tob. εὔφορος, εὔκαρπος. Gall. Planturenx, abondant, fertile, ample. Ital. Abondante, fruttifero, graſſo, dovitioſo. German. Fruchtbar/ vberflüſſig. Hiſpan. Coſa fertil y copioſa. Polon. Vrodʒayny, obfity. Vngar. [illegible], kövér. Ang. Fertile, fruitefull, plentifull.] Alii magis ab humeo, ſicut tuber à tumeo, m in b converſo. Loca enim arida, infœcunda ſunt, contrà, quæ humecta ſunt, feracia. Non deſunt tamen hodie qui ſine aſpiratione ſcribere malint. Eſt adjectivum omnis generis: quamvis in plur. numero neutrum genus non inveniatur. Cat. lib. 2. Orig. Ita res huber fuit. Cicer. ad Quint. Frat. Multis locis aquam profluentem, & eam uberem vidi. Idem lib. 2. de Nat. deor. Hubertimi, lætiſſimiq; fructus vitium. Idem 1. de Nat. deor. Majore expectatione, huberiore ſpe commoveri. Idem de Clar. Orat. Nemo plenior & huberior & ad dicendum fuit. Neutro genere uſus eſt Seneca: Et omne id, inquiens, quod huberi cingitur ſolo. ¶ Hujus contrarium eſt Inhuber. Gellius: Inhuberes, & multæ quidem, macræque eſſent. ¶ Huber verò ſubſtantivum, idem ferè eſt quod mamma. [שד ſchad. οὖθαρ. Gall. Mammelle, tette. Ital. Mammella, tetta. Germ. Bruſt. Belg. Een hueer/ mamme. Hiſp. La teta. Pol. Pierſzy, cecyk. Vng. Tſets, tſögy. Ang. An vdder, a pape.] Virg. 3. Aegl. - binos alit hubere fœtus. Propriè hubera videntur dici interiora mammarum: mammæ verò, huberum eminentiæ. Virgil. libr. 3. Georgic. lata magis manabunt hubera mammis. ¶ Invenitur etiam quandoque huber ſubſtantivum pro hubertate aut fœcunditate. εὐθηνία, εὐφορία. ut, Huber agrûm eſt, hubertas & fertilitas, quo pacto & Græci οὖθαρ ἀρούρης dicunt. Virgil. libr. 1. Aeneid. Terra antiqua potens armis, atq; hubere glebæ. Pallad. libro 1. cap. 33: Pratis verò recentia ſtercora ſufficient ad huber herbarum.

Hūbertās, atis, f. t. Fertilitas, abundantia, copia. [שבע ſabáh מיטב meitab. εὐθηνία. Gall. Planté & abondance, fertilité, fecondité. Ital. Abondanza, fecondità, fertilità. German. Fruchtbarkeit/ völle/ vberflüſſigkeit. Hiſp. Copia y fertilidad. Polon. Vrodʒay dobry, obfitoſc. Vngar. [illegible], termékeny. Ang. Aboundance, fertilitie, plentie.] Plin. lib. 7. cap. 2: Hæc facit hubertas ſoli temperies cœli, aquarum abundantia. Cic. 2. de Nat. deor. Nuper nati mammas appetunt, earumque hubertate ſaturantur.

Hūbērĭūs, & huberrimè, adverbia ſunt comparativi & ſuperlativi gradus, ab adjectivo huber deducta, idem ſignificantia quod copioſè, & copioſiùs. [Pol. Obfitſie. Vng. Bövebben.] Cic. ad App. lib. 3: Eadem illa fecerunt lætiora mihi tuæ literæ: non ſolùm quia planiùs loquebantur, & huberiùs, quàm vulgi ſermo: ſed etiam, quia magis videbar tibi gratulari. Idem 2. de Divinat. Atque his libris annumerandi ſunt ſex de Republica, quos tunc ſcripſimus, quum gubernacula Reipublicæ tenebamus: magnus locus, philoſophiæque proprius à Platone, Ariſtotele, Theophraſto, totaque Peripateticorum familia tractatus huberrimè.

Hūbĕro, as, act. p. Huber, & fœcundum facio. [הפרה hiphrah השביע hiſbiah. εὐφορέω, εὐθηνέω. Gall. Rendre planturenx & fertile, engraiſſer. Ital. Far abondante, far dovitioſo, fecundare. Ger. Fruchtbar oder völlig machen. Belg. Vruchtbaer maken. Hiſpan. Hazer fertil y copioſo. Polon. Obfitem czinie, napremiam dla vrodʒaiu. Vngar. Termékennyé teſzem. Angl. To make fruitfull or plentifull.] Pallad. lib. 4: Hoc velut coitu ſteriles arbores huberātur. ¶ Huberare pro exhuberare, ſeu huberem & fœcundum eſſe, dixit Colum. lib. 5. cap. 9. εὐθηνεῖν, εὐφορεῖν. Optimum eſt, inquiens, etiam conſtitutas plantas circummunire caveis: deinde conſtitutum jam & maturum olivetum in duas partes dividere, quæ alternis annis fructu induantur: neque enim olea continuo biennio huberat: id eſt, fœcunda eſt & fertilis.

Hūbertim, abundanter, copioſè. [πλουσίως, εὐθηνῶς. Gall. Planturenſement, fertilement, copienſement, abondamment. Ital. Abondantemente, copioſamente. Germ. Völligkeit/ vberflüſſigklich. Hiſpan. Copioſa y fertilmente. Pol. Hoinie. Vngar. Bövön. Angl. Aboundantly, with great plentie.] Catullus.

Hūbertūs, a, um, Abundans. [פרה porêh שבע ſabéah שמן ſchamén טוב tob. εὔκαρπος. Gall. Abondant, planturenx. Ital. Abondante. Ger. Vberflüſſig/ fruchtbar/ völlig. Hiſp. Copioſo, fertil. Polon. Doſtatny, obfity. Vng. Termékeny, bövelkedö. Ang. Fruitfull, plentifull.] Gell. lib. 7. cap. 14: Sed ea ipſa genera dicendi jam antiquis tradita ab Homero ſunt, tria in tribus: magnificum in Vlyſſe, & hubertim ſubtile in Menelao, & cohibitum mitium moderatumque in Neſtore.

Hūc, adverb. ad locum. [הנה poh. δεῦρο. Gall. Ci, ou ce lieu. Ital. Qua. German. Hieher. Belg. Herwaert. Hiſp. Aca, donde yo eſto. Polon. ſam. Vngar. Ide. Ang. To this place.] Terent. in Eun. Ego cum illo, quocum uno rem habebam tum, hoſpite, Abii huc. Idem in Hecyra: Nam ſenex tuus abdidit ſe huc tardò in urbem commeat. ¶ Huc & illuc, ἄνω κάτω, incertum iter oſtendunt: quod etiam dicimus ſurſum & deorſum. Cicero ad Att. Ne euſdem huc & illuc deterrima via. Idem in Offic. Pars quæ hominem huc & illuc rapit. ¶ Hucuſque: huc eſt, uſq; ad hunc locum, vel uſque ad hoc tempus. Plin. lib. 6. cap. 29. Huc uſque Neſtoris exercitum duxit.

Huccinĕ, interrogativum eſt, compoſitum ab huc & ne, per interpoſitionem ſyllabæ. Cic. 7. Verr. Huccine tandem omnia reciderunt.

Hui, interjectio eſt admirātis, inquit Don. βαβαί, ὢ, ὦ. [illegible] Terent. in Heaut. Hui tam graveis hos quæſo. M. Sic meritum eſt meum. Cic. ad Att. Hui totieſne me literas dediſſe Romam, quum ad te nullas darem? ¶ Hui, hem, & cæteris ejuſmodi, utimur adverſus eos, quibus iraſcimur, interprete Donato. Terent. in Eun. Scibis. Principio eam eſſe dico liberam. THR. Hem. CH. Civem Atticam. THR. Hui. Idem in And. Iuno Lucina fer opem, ſerva me, obſecro. S. Hui tam citò? ridiculum.

Huic, dativus pronominis, Hic, hæc, hoc. [τούτῳ, ταύτῃ. Polon. Temu. Vn. Ennek.] Qui in carmine ferè unica ſyllaba effertur: ut apud Virgil. Huic conjunx Sichæus erat. Quandoq; tamen per duas, ſed rariùs. Stat. lib. 1. Theb. Lætus huic domino videas dare jura nepotes.

Hujūſcĕ, genitivus ab hic, hæc, hoc, compoſitus cum ſyllabica adjectione ce. Cic. 7. Ver. Quos tamen fructus hujuſce conſuetudine in iſtius imperio tulit.

Hujūſmŏdi, & Hujuſcemodi, Nomina adjectiva omnis generis indeclinabilia, cōpoſita ex genitivis hujus, vel hujuſce, & modi à modus, idem ſignificant quod talis. [כזה cazeh, τοιοῦτος. Gall. De ceſte ſorte, tel. Ital. Di quella guiſa, di quella maniera. German. Sölcherley/ derley/ dergleichen. Belg. Zulcken/ goedavighe. Hiſp. Della manera. Pol. Taky, temu podobny. Vng. Illyen, illyeten. Angl. Of this ſort or faſhion.] Plautus in Bacch. Homo adoleſcentulus penetrare hujuſmodi in palæſtram, ubi damnis deſudaſcitur? Terent. in Heaut. Hujuſmodi, obſecro, aliquid reperi. Ibidem: Hujuſmodi mihi res ſemper comminiſcere, ubi me excarnifices. Cic. 3. de Leg. Nec miror, ſed meo caſum hujuſmodi.

Hūlcūs, Vide VLCVS.

Hulula, Vide VLVLA.

Hululo, Vide VLVLO.

Hūmānūs, na, num, denominativum eſt ab homine deductū, Benignus, mitis, lenis, facilis, affabilis, blandus. [[illegible] φιλάνθρωπος, ἀνθρώπινος, ἀνθρωπικός. Gall. Humain, debonnaire, doux, courtois. Ital. Humano, benigno. German. Menſchlich. Belg. Beleeft. Hiſpan. Coſa humana y benigna. Pol. Ludʒky. Vng. Emberſeges, nyájas. Ang. Courteous, gentle, benigne, gracious, humane, pertaining to men.] ſicut à fera ferinus. Cic. 4. Ver. Quod eſt aliud in iſta provincia genus humanum? Plin. libro 11. cap. 4[illegible]: Sunt iis etiam humano calculo remedia præcipua: id eſt, calculo qui in homine generatur. Cicero pro Roſc. Amer. Portentum atque monſtrum certiſſimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie & figura, qui tantùm immanitate beſtias vicerit, ut propter quos hanc ſuaviſſimam lucem aſpexerit, eos indigniſſimè luce privarit: quum etiam feras inter ſeſe partus atque educatio, & natura ipſa conciliet. &c. Terent. in And. Hæc ego putabam eſſe omnia humani manſuetiq; animi officia. ¶ Accipitur etiam interdum humanus pro eo, quod ab hominis natura non abhorret. Terent. in Adelph. Nam hoc quidem ferendum aliquo modo eſt, Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia: humanum eſt. Vbi Donatus: Nihil tandem ex conſumptum conſuetudine eſt, quod non humanum. Et hoc dicere ſolemus, ubi peccatum quidem non negamus, ſed tolerabile eſſe dicimus.

Hūmānĭtās, atis, f. t. Propriè naturam humanam ſignificat. [ענוה hanavah. φιλανθρωπία, ἀνθρωπότης, ἀνθρωπεία. Gall. Humanité, courtoiſie. Ital. Humanità. German. Menſchheit/ Freundtlichkeit. Belg. Beleeftheyt. Hiſpan. Humanidad. Polon. Ludʒkoſc. Vngar. Emberſeg, nyájaſság. Ang. Humanitie, courteſie.] Cic. pro Roſc. Amer. Magna eſt vis humanitatis, communio ſanguinis, natura ipſa. Idem pro Sylla: Peterem veniam errato meo ex intimis veſtris cogitationibus & ex humanitate communi. ¶ Et quoniam eruditio, & bonarum artium diſciplinæ ſoli homini ſunt propriæ, factum eſt, ut humanitas accipiatur pro eruditione, & bonarum literarū ſcientia, quam Græci vocant παιδείαν. [Ang. Learning, liberall knowledge.] ut aperiſſimè oſtendit Gell. lib. 13. cap. 16, adducens locum Varronis ex lib. 1. Rerum humanarum, qui ſic habet: Praxiteles propter artificium nemini eſt paulum humaniori ignotus. Cic. in Verr. Tu ſine ulla arte, ſine humanitate, ſine ingenio, ſine literis ſulus judicas? Idem de Orat. Homo non hebes, neque inexercitatus neq; communium literarum & politioris humanitatis expers. ¶ Præterea quia homo inter omnia animalia maximè mitis eſt, idcirco humanus pro facili & miti ponitur, & humanitas

pro facili-

pro facilitate, lenitate, comitate, manſuetudine, clementia, benevolentiaq́; quam Græci φιλανθρωπίαν vocât, quaſi amorem in homines. Cicer.lib.1.Offic.Non modò id virtutis non eſt,ſed eſt potiùs immanitatis, omnē humanitatē repellentis.

Hūmānē, adverbium, Humano affectu: hoc eſt,benignè,manſuetè,comiter,leniter. [ἀνθρωπίνως. Gall. *Humainement,comme vn homme doit faire, courtoiſement.* Ital. *Benignamente,humanamente,corteſemente.* Ger. Menſchlichen. Belg. Beleefdelijck. Hiſ. *Humana y benignamēte.* Pol. *Ludsko.* Vn. *Emberiségeſſen,nyáyaſon.* An. *Frendly,courteouſlie gently.*] Terent.in Adelph. Nam ita eſt homo, Cùm placo adverſor ſedulò, & deterreo. Tamen vix humanè patitur. Cic.Attic.libr.15: Ille quòd Puteolos proſequitur,humanè: quòd queritur,injuſtè. Humanè ferre morbum, Cicer.2. Tuſcul.

Hūmānĭtĕr, adverbium,benignè,manſuetè,æquo animo. [φιλανθρώπως. Gall. *Humainement, avec humanité.* Ital. *Con humanità, come ad huomo ſi conviene.* German. Menſchlichen / bulligtlichen. Hiſpan. *Humana y benignamente.* Polon. *Ľudzkie, ludſkie.* Vngar. *Emberſéggel.* Ang. *Gently,with humanitie.*]Cicer.ad Marium lib. 7. Epiſt. Propter moleſtiſſimas occupationes meas: quibus ſi me relaxaro, docebo profectò quid ſit humaniter vivere. Idem ad Att. lib. 1: Sin aliter acciderit,humaniter ferendum id eſt,æquo animo, & ut hominem decet,mille fortunæ telis expoſitum.

Hūmānĭtŭs, adverbium, More humano. [ἀνθρωπινῶς. Gall. *Comme il advient aux hommes, à la façon des hommes.* Ital. *Come deve far l'huomo.* German. Menſchlicher weiß nach. Hiſpan. *Humanamente.* Polon. *Poliudzku,ludzkim zwiczaiem.* Vng. *Emberi modra.* Angl. *After the faſhion of men,as it hapneth vnto men.*]Plin.lib.10. cap.63: Vrſi autem (ut dictum eſt) humanitùs ſtrati: id eſt,ut ſolent homines. Cicero 1.Phil. Si quid mihi humanitùs accidiſſet,id eſt,ſi fortaſſe morerer.

Humanium, ſacrificii genus.

Humatio, Humatus, Vide HVMVS.

Humĕo,mes, mui, n. ſ. Madidus ſum. [רטב ratáb. ὑγρός εἰμι. Gall. *Eſtre ou devenir moite ou humide.* Ital. *Eſſer humido,humidire.* Ger. Naſſz oder feucht ſeyn. Hiſp. *Humedecerſe.* Polon. *Mokrzeie.* Vng. *Nedues vagyok.* Ang. *To be moyſt or wett.*] Nicandro, ὑγρὰ ἔρσα. Ovid.10. Metam. Dat gemitus arbor,lachrymiſq́; cadentibus humet. Col.lib. 3. cap.11:Verùm eſt in opere difficilior, quòd neq́; humentem fodere poſſis, quò ſit glutinoſiſſima: nec nimium ſiccam: quia ultra modum prædura.

Hūmēſco,ſcis,n.t. Humectus fio. [רטב ratáb. ὑγραίνομαι, ὑγρὸς γίνομαι. Gall. *Devenir moite ou humide.* Ital. *Devenir humido.* Ger. Naſſz oder feucht werdē. Belg. Vocht werden. Hiſpan. *Humedecerſe.* Pol. *Mokrzeie ſie ſtawam.* Vngar. *Meg neduéſödöm.* Ang. *To waxe moyſt or wett.*] Virgil.lib.3.Georgic. -humeſcunt ſpumis,flatuque ſequentum. Plin.in Paneg. Vidimus humeſcentes oculos tuos,demiſſumque gaudio vultum: tantumque ſanguinis in ore,quantum in alieno pudoris.

Hūmecto, as, act.p. Humidum reddo, irrigo. [שקה ſchatáph רוה ravàh הרוה hirváh. ἄρδω, βρέχω. Gall. *Ramoitir, mouiller.* Ital. *Bagnare, far humido.* Germ. Naſſz oder feucht machen. Belg. Vocht maken,wateren. Hiſp. *Mojar humedecer.* Polon. *Omokrzam, poliwam.* Vng. *Meg neduéſitöm.* Ang. *To mak moyſt or wett.*] Virgil.lib.4.Georg. Qua niger humectat flaventia culta Galeſus. Col.lib.7.cap.3: Agnus,quum eſt editus,erigi debet atque uberibus admoveri:tum ejus diductum os preſſis humectari papillis,ut condiſcat maternum trahere alimentum.

Hūmectŭs,a,um,adjectivum,humidus:[רטוב ratób רוה ravéh. ὑγρός. Gall. *Mouillé, ramoiti,relent, humide.* Ital. *Humidito,humido.* Germ. Naſſz gemacht/befeuchtiget. Belg. Gewatert. Hiſp. *Coſa humida.* Polon *Pomokrzony.* Vng. *Neduès.* Angl. *Moyſt or wett, danke.*]ut,Humectus locus. Varr.1.de Re ruſt.cap.24:Si locus humectus ſit, ibi cacumina populorū ſerunda & arundinetū.

Hūmĭdŭs, a, um, penultima correpta, Quod humorem induit,vel quod humorem habet.[רטוב ratób רוה ravéh. ὑγρός, νοτερός. Gal. *Humide.* Ital. *Humido.* German. Naſſz/feucht/oder das feucht machet. Belg. Vocht. Hiſp. *Coſa humida ò mojada.* Pol. *Odmokrzeniy,odwilzaiacy.* Vng. *Neduès,vizes.* Angl. *Moyſt,wett, danke.*]Virg. 2. Aeneid. -& jam nox humida cœlo Præcipitat, ſuadentq́; cadentia ſydera ſomnos. Cicer.in Verr.3:Ignem ex lignis viridibus,atq; humidis in loco anguſto fieri juſſit.

Hūmĭdŭlŭs, diminutivum, ut Linum humidulum apud Ovid. 3.de Arte amandi: Fallet & humiduli quæ fiet acumine lini. [ὑπονότιος, ὑπόβροχος. Gall. *Vn peu humide.* Ital. *Aliquanto humido.* German. Naſſlechtig. Hiſp. *Coſa humida vn poco.* Pol. Wilky. Vng. *Neduéſecske.* Ang. *Somewhat moyſt,or danke.*]

Hūmĭfĕr,ra,rum.Humefactus,humorem afferens. [רטוב ratób רוה ravéh. ὑγροποιός. Gall. *Ramoitiſſant,humide.* Ital. *Che da humore & bagna.* Germ. Das feucht vnd naſſz machet. Hiſp. *Coſa humida que haze humido.* Pol. Wilgotnoś czyniący. Vng. *Neduéſitö.* Angl. *That bringeth wettneſſe or dankeneſſe.*] Cic.1.de Divinat. Naribus humiferum duxēre ex aëre ſuccum.

Hūmĭgātŭs, Humore perfuſus. [רטוב ratób רוה ravéh. βεβρεγμένος. Gall. *Baigné,mouillé.* Ital. *Bagnato.* German Befeuchtiget. Hiſpan *Mojado.* Polon. *Odwilżony.* Vngar. *Med neduéſitetet.* Angl. *Moyſted, made wett.*] Apul.libr.1.Flor. Vel enim colliculus ſepimine conſecratus, vel truncus dolamine effigiatus, vel cæſpes libamine humigatus, vel lapis unguine delibutus.

Hŭmĕrŭs, ri, penultima correpta,m.ſ. Eſt pars illa corporis,à qua dependent brachia:quæ alio nomine vocatur armus,autore Feſto,quòd ab ea parte arma dependeant. [שכם ſchechém כתף chathéph. ὦμος. Gall. *L'eſpaule.* Ital. *Humero, ſpalla.* Ger. Schulter oder Achſlen. Belg. Een Schouder. Hiſp. *El ombro.* Pol. *Ramie, plecȧ.* Vngar. *Vál.* Angl. *The ſhoulder.*] Terent. in Evnuch. quas matres ſtudent Demiſſis humeris eſſe. Cicer. in Verr.6:Ab humero pendebant ſagittæ. Virg.2.Aeneid.Hæc fatus,latos humeros, ſubjectaque colla Veſte ſuper, fulvique inſternor pelle leonis. ¶ Humeri etiam de bobus dicuntur. Cicero 2.de Nat.deor. Quid de bobus loquar?quorum ipſa terra vires humerorum, & latitudines ad aratra extrahenda, &c. ¶ Dicuntur etiam humeri, in avibus partes illæ à quibus dependent alæ. Colum.lib 8 cap.2 de gallinaceis: Iubæ deinde variæ, vel ex auro flavæ per colla cerviceſque in humeros, diffuſæ. ¶ Humeris ſuſtinere ii dicuntur, quorum authoritas diligentiaque plurimùm valet in conſervanda ſalute cujuſpiam. Cicero pro L.Flacco:De ſumma Reip.taceo, quam vos univerſam hoc judicio, veſtris, inquam humeris, judices, ſuſtinetis.

Hŭmĕrōſŭs, Quod latos humeros habet. [εὐρύωμος. Gall. *Eſpaulu, qui a hautes eſpaules.* Ital. *Di alte ſpalle.* German. Das groſſe vnnd breite Achſel hat. Hiſpan. *Corcovado, que tiene los ombros altos.* Polon *Ramieniſty,wielkich plecy.* Vng. *Vállas.* Ang. *That hath broade ſhoulders.*] Humeroſus locus. Col.libr.3.cap.10:Itaque cuſtodiemus, ut à prædictis locis, quos *humeroſos* ruſtici vocant ſemina legamus.

Hŭmĕrālĕ, ralis, n. t. Humerorum tegumentum, quemadmodum Tibiale,tegumentum tibiarum. [ἐπωμίς. Gall. *Eſpauliere.* Ital. *Veſte da ſpalla.* German. Ein Kleid das man zu bedeckung der Achſlen anlegt. Hiſpan. *Cierta veſtidura del ombro.* Polon. *Humeral.* Vng. *Váll fedö.* Ang. *Any thing to were on the ſhoulders.*] Paul. Nam ſi tibiale, vel humerale miles alienavit, caſtigari verberibus debet.

Humeſco, Humidus, Vide HVMEO.

Hŭmĭlĭs, le, penultima correpta, om.t. Depreſſus,non altus, & à terra ſublatus. [שפל ſchaphál ענו hanáv. χθαμαλός, ταπεινός. Gall. *Humble,humilié, rabaiſſé,bas.* Ital. *Humile.* German. Nider/nidertrechtig. Belg. Leegh/neder. Hiſp. *Coſa baxa ò abatida,ò humilde.* Pol. *Niſky, pokorny.* Vngar. *Alatſon,tſekély,(item) aláza-tos.* Ang. *Lowe, ſimple, of lowe condition.*] Cic.in Tuſc. Vites,& ea quæ ſunt humiliora, neque ſe tollere à terra altiùs poſſunt. Colum.lib.4.cap.1:Humili ſtatu vitis plerumque juxta terram coërcetur. Virgil.2.Aegl. Atque humiles habitare caſas. Idem 4.Aegl. Non omnes arbuſta juvant,humileſque myricæ. ¶ Accipitur etiam humilis pro contempto,abjecto,demiſſo, quod & Græci ταπεινὸν dicunt. [Polon. *Poniżony, wzgardzony.* Angl. *Poore, vile.*] Cic.3.de Finib. Qui altiore animo ſunt,nihil abjectum,nihil humile cogitant. Idem de amic. Nihil enim altum, nihil magnificum ac divinum ſuſcipere poſſunt, qui ſuas omnes cogitationes abjecerunt in rem tam humilem,tamq́; contemptam. Idem ad Attic.libr.7: Dicam idem quod Pompeius, neque id faciam humili animo.

Hŭmĭlĭtās,atis,f.t.contrarium Altitudini. [שפל ſchéphel ענוה hanaváh. ταπεινότης, χθαμαλότης. Gall. *Baſſeſſe, bas eſtat, petiteſſe.* Ital. *Baſſezza,humilità.* Ger. Niderer/nidertrechtigkeit: item, demut. Belg. Nederheit/leechheit. Hiſp. *Baxeza ò humildad.* Pol. *Pokora, poniżenie ſie.* Vngar. *Aláżatoſſág,alatſonſág.* Ang. *Humilitie, baſeneſſe of condition, lowlineſſe.*] Cicero 5. Tuſc. Sydera inter ſe altitudine & humilitate diſtantiā. Idem 2. de Divinat. Docet enim ratio Mathematicorum, quanta humilitate Luna feratur, terram propè contingens. ¶ Humilitas ponitur etiam pro obſcuritate,tenuitate,& ignobilitate. Cicero 1. Offic. Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obſcuritatem in hominum ignoratione verſatur. Idem 13. Philip. Is autem humilitatem deſpicere audet cujuſquam qui ex eadem ſuſtulerit liberos? ¶ Humilitas cùm opponitur ſuperbiæ, ταπεινοφροσύνη, definitur à Speuſippo, quòd ſit facilitas animæ omnis expers iracundiæ. Verùm in hac ſignificatione uſitatiùs Modeſtiæ vocabulo utimur.

Hŭmĭlĭtĕr, adverbium:hoc eſt, demiſsè, ſubmiſsè: contrarium habet Altè,ſuperbè. [ταπεινῶς. Gall. *Petitement,baſſement.* Ital. *Humilmente,baſſamente.* German. Nider/nidertrechtiglich. Hiſp. *Baxa y humilmente.* Polon. *Pokornie.* Vng. *Alatſonon,aláżatoſon.* Ang. *Lowly, humbly.*] Plin.in Epiſt. Eadem enim facta claritate, vel obſcuritate facientium, aut attolluntur altiſſimè, aut humilimè deprimuntur. Liv.4. bel. Pun. Hæc natura multitudinis eſt, aut ſervit humiliter, aut ſuperbè dominatur.

Humĭlĭo, lias, act. p. Humilem facio, & quaſi abjectum ac vilem reddo: [השפיל hiſchpil. ταπεινόω. Gall. *Abaiſſer, humilier.* Ital. *Far humile, humiliare.* Germ. Ernidern/ nidertrechtig/ ſchlecht vnnd vnachtſam machen. Belg. Vernideren. Hiſpan. *Abaxar ò abatir, o humiliar.* Polon. *Ponizam.* Vngar. *Meg alatſonitom, meg aláztom.* Ang. *To mak humble, or lowe.*] ut eſt illud: Humiliavit ſeipſum, formam ſervi accipiens. Frequens eſt hujus verbi uſus in Sacris literis: alioqui apud probatos Linguæ Latinæ ſcriptores vix invenies, in hac præſertim ſignificatione. ¶ Legitur tamen Humiliatus, participium pro eo quod eſt depreſſus, & humilis effectus, ita ut à terra parùm attollatur. Cic. 2. de Nat. deor. Alia animalia humiliata, ut cibum terreſtrem facile roſtris contingant, alia altiora ſunt, &c.

Humo. Vide HVMVS.

Hūmŏr, oris, m. t. Aqua, liquor, ab humus ſit, quia aquæ terris incluſæ ſunt. [לח lach לשד leſchadh. ὑγρότης, ἰχώρ. Gall. *Humeur.* Ital. *Humore, liquore.* German. Feuchte/ feuchtigkeit. Belg. Vochticheit. Hiſpan. *Humor.* Polon. Wilgotnoſc. Vngar. *Nedveſſég.* Ang. *Moyſture, licour.*] Cicero de Divinat. Et humor allapſus extrinſecus, ut in tectoriis videmus, Auſtro, poteſt ſudorem imitari. Idē 2. de Nat. deor. de aſtris loquens: Et terrenis maximiſque humoribus longo intervallo extenuatis alantur. Ibidem: Humor, & calor, qui eſt infuſus in corpore. Virgil. 1. Georgic. Hic ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam. Humor pro portione vini aquoſa. Virgil. 1. Georg. Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem. Sic alibi humida vina vocavit tenuia, quæq; plurimū aquoſæ ſubſtantiæ haberent admiſtū.

Hŭmŭs, mi, fœminini gen. Terra, ab ὕω, v in u mutata, Scaliger. [אדמה adhamah ארץ erets. γαῖα, γῆ. Gall. *La terre.* Ital. *Terra.* German. Ein Erd/ das Erdtrich. Belg. Die Erde. Hiſpan. *Tierra.* Pol. *Ziemia.* Vng. *Föld.* Angl. *The moyſt earth, the ground.*] Cic. de Senect. Humus ſubacta atq; pura. Idem 2. de Legib. Quos humus injecta contegit. Virgil. 1. Georg. Necnon & lini ſegetem, & cereale papaver Tempus humo tegere, & jamdudum incumbere aratris. Idem 2. Georgic. At quæ pinguis humus, dulcique uligine læta. ¶ Humi vice adverbii ponitur. [ἐπὶ γῆς, ἐπὶ γῆν, χαμαί, χαμαίζε. Gall. *A terre, ſur la terre, en bas.* Ital. *In terra.* Germ. Auff der Erden/ auff dem Boden. Hiſp. *In tierra, baxamente.* Pol. *Nadole.* Vng. *Az földön.* Ang. *On the ground, a lowe.*] Plin. lib. 9. cap. 15: Humi quoque vice pedum ſerpunt. Columella libro 6. cap. 14: Ineunt autem non ut priores aves, de quibus diximus, inſiſtentes humi. Ovid. 5. Metam. Sternit humi juvenem. Virgil. 1. Aeneid. Nec prius abſiſtit quàm ſeptem ingentia victor Corpora fundat humi. ¶ Humi hauris, χαμαὶ ἀντλεῖς. De inaniter laborante. Nihil eſt enim quod è ſolo hauriasthoc eſt, ab imo putei fundo, ſi is ſiccus ſit. Apparet dici poſſe quoties exhauſta copia non multùm ſupereſt quod haurias. Zenodotus. ¶ Humi ſerpit oratio, quæ preſſior humiliorq; eſt quàm oportet, ſemper quaſi jacens, nunquam aſſurgens. Horat.

Humo, mas, act. p. Humo contego, ſepelio, terra condo, terra obruo. [קבר kabar. θάπτω. Gall. *Enterrer.* Ital. *Sepelire, coprire di terra.* Germ. Mit Erden bedecken/ begraben. Belg. Graven. Hiſp. *Enterrar los cuerpos.* Pol. *Okrywam ziemia, pogrzebam.* Vngar. *El temetöm.* Angl. *To enterre, to burie, to hide.*] Cicer. lib. 1. Tuſc. Magorum eſt mos, non humare corpora ſuorum, niſi à feris ſint antè laniata. Ibidem: In terram enim cadentibus corporibus, hiſque humo tectis (ex quo dictum eſt humari) ſub terram cenſebant reliquam vitam agi mortuorum. Plin. lib. 7. cap. 54: Sepultus intelligitur, quoquo modo conditus: humatus verò humo contectus. Gell. lib. 7. cap. 8 de delphino: In ſui pueri ſepulchro humatus eſt. ¶ Hujus compoſitum eſt, Inhumo, de quo ſuo loco.

Hŭmātĭo, f. t. Sepultura. [קבורה kebhurah. ταφή, ἐνταφιασμός. Gal. *Enterrement, enſeveliſſement.* Ital. *Eſſo ſepelire.* Ger. Begrebnuß/ beſtattung zu der Erden. Hiſpan. *Enterramiento.* Polon. *Pogrzeb.* Vngar. *El temetés.* Ang. *A buryeng or interring.*] Cic. 1. Tuſcul. Cujus hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione & ſepultura dicendum exiſtimem.

H ante Y.

Hŷăcinthus, ὑάκινθος, Suidæ. [Gall. *Vaciet ou oignon de chien.* Ital. *Cipola canina.* German. Ein blawe Hornungs oder Merzen Blum/ Violblum. Hiſpan. *Los mayos flores.* Pol. *Fial'ka ieſienna.* Vng. *Hiacyntus.* Ang. *A iacinct precious ſtone.*] Eſt genus violæ vernæ, colore obſcuræ purpuræ, quam à Romanis vaccinium appellari autor eſt Dioſcorides. Galli, teſte Ruellio lib. 3. cap. 4. ſervato Latini nominis veſtigio vocant *vacietam*: herbam autem *capam agreſtem*. Hoc violæ genus venis quibuſdam nigris eſt diſtinctum, ita diſcurrentibus lineis, ut duarum Græcarum literarum α & ι figuram referant: quæ res Poëtis duplicis fabulæ occaſionem præbuit. Nam & Hyacinthum puerum dilectum ab Apolline, quem imprudens diſci jactu interfecit, in hunc florem mutatum tradunt, interjectionemq; dolentis αἰ, quæ ex duabus illis literis conficitur, velut teſtimonium doloris, quem Apollo ex ejus morte conceperat, habere inſcriptam. Præterea Ajacem in eundem florem converſum ajunt, dum impatientia prælati ſibi Vlyſſis ſeipſum in terremit, duaſque primas ejus nominis literas in hoc flore manſiſſe impreſſas. Ovidius utranque fabulam complexus eſt lib. 13. Metam. Rubefactaque ſanguine tellus Purpureum viridi genuit de cæſpite florem, Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus. Litera communis mediis pueroque viroque Inſcripta eſt foliis, hæc nominis, illa querelæ. ¶ Eſt etiam Hyacinthus gemmæ nomen, colorem habens amethyſto gemmæ non abſimilem, ſed tamen dilutiorem. Vide Plin. lib. 34. cap. 9.

Hŷăcinthĭă, orum, ὑακίνθια, ſubſtantivum (ut autor eſt Hieronymus contra Iovinianum) dicebantur quædam ſacra nocturna, à Lacedæmoniis reperta in honorem Hyacinthi pueri, ab Apolline diſci jactu interfecti. Ovid. lib. 10. Metamorph.

> Nec genuiſſe pudet Spartam Hyacinthon: honorque
> Durat in hoc ævi: celebrandaque more priorum,
> Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.

Hŷăcinthĭnus, a, um, penult. correp. [תכלת techeleth. ὑακίνθινος. Gall. *De couleur de vaciet, de couleur de pourpre.* Ital. *Del color d'hyacintho.* German. Violbraun/ geferbt wie ein Hyacinth. Hiſp. *Coſa de color de aquella violeta ò de jacintho.* Polon. *Fial'kowy barwy.* Vngar. *Hiacyntſzinü.* Ang. *Of the colour of purple.*] Quod habet colorem hyacinthi. Perſius Satyr. 1: Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina læna eſt. Flos hyacinthinus, Catullus in Epithalamio Iuliæ.

Hŷăcinthĭzontes, ὑακινθίζοντες, Dicti ſunt ſmaragdi quidam ad hyacinthi colorem accedentes: quorum meminit Plinius libro 37. cap. 5.

Hŷænă, ὕαινα, cum diphthongo, & pen. prod. Animal ferum, & crudele, quod ſermonem humanum aſſimilat, paſtorumque nomina addiſcit, ut eos foràs evocatos dilaniet. Plin. lib. 8. cap. 30: Hyænis utranque eſſe naturam & alternis annis mares, alternis fœminas fieri. Parere ſine mare vulgus credit: Ariſtoteles negat, &c. Et paulò poſt: Multa præterea mira traduntur: ſed maximè, ſermonem humanum inter paſtorum ſtabula aſſimilare, nomenque alicujus addiſcere, quem evocatum foràs laceret. Item vomitionem hominis imitari, ad ſollicitandos canes, quos invadat. Hyænæ etiam meminit Ovid. lib. 15. Metam. Et quæ modò fœmina tergo Paſſa marem, nunc eſſe marem miramur hyænam.

Hyalinus color, lege color varius.

Hyalurgus, pro Vitreario.

Hŷălus, pen. corr. [ὕαλος. Ger. Ein Glaß. Pol. *Zielony.* Vng. *Üveg.* Ang. *Of the colour of glaſſe.*] Vitrum: Vnde color hyalinus dicitur color viridis, qualis eſt color vitri. Virg. 4. Georg. Mileſia vellera nymphæ Carpebant hyali ſaturo fucata colore. ¶ Inde fit Hyalinus, ὑάλινος, pro vitreo: & Hyalurgus, ὑαλουργός, pro vitreario. ¶ Eſt item HYALVS, Aſiæ fluvius, in Tmolo monte naſcens, & non procul ab Hermi oſtio in mare Aegæum influens. Vide Strab. lib. 11.

Hŷbernus, a, um, Quod eſt hyemis, hyemalis, brumalis. [χειμερινός. Gall. *D'hyuer.* Ital. *Invernale, d'inverno.* German. Winteriſch/ das des Winters iſt. Hiſp. *Coſa de invierno.* Pol. *Zimny, ſo zymy przyn aleząey.* Vng. *Téli.* Ang. *Of winter.*] Iut Hyberna glacies: quod nomen ab hyeme deduci aſpiratio indicio eſt. Plin. lib. 8. cap. 47: Multi hybernos agnos præferunt vernis. Soles hyberni. Virg. 2. Georg. Quid tantum Oceano properent ſe tingere ſoles Hyberni: vel quæ tardis mora noctibus obſtet.

Hŷbernă, orum, numero plurali, n. ſ. Dicuntur loca in quibus milites hyeme, ſicut Aeſtiva, in quibus æſtivo tempore, commorantur. [χειμάδιον. Gall. *Le lieu où on ſe retire l'hyver pour hyverner.* Ital. *Luoghi doue invernano i ſoldati.* German. Winterläger. Hiſpan. *Lugar para invernar.* Polon. *Zymowanie.* Vng. *Teleló hely.* Angl. *Wintering places for ſouldiers.*] Cæſar: Poſt hæc legionibus in hyberna deductis, in Italiam profectus eſt. Cic. ad Catonem: Exercitum in hyberna dimiſi. Tacit. lib. 1. Frumentum quod ex hybernis extulerat.

Hŷbernacŭlă, hybernaculorum, n. ſ. Caſtra hyberna. [χειμάδιον, χειμασία. Gall. *Le lieu où on ſe retire l'hyver.* Ital. *Luoghi da invernare.* German. Der ort an denen man im Winter iſt und wohnet als in den Stuben. Hiſp. *Lugar para invernar.* Pol. *Mieſzkanie dla zimy, iakie gdy ſa.* Vngar. *Teleles, teleló hely.* Ang. *Wintering places for ſouldiers.*] Liv. lib. 5. ab Vrb. Hybernacula etiam, res nova militi Romano ædificari cœpta. Tacit. Cohortes, alæque nona hybernaculis locatæ.

Hŷberno, as, n. p. Hyemo, hyemē ago, ſtationē hyberno tempore aliquo in loco habeo. [חרף charaph. χειμάζω, παραχειμάζω. Gall. *Hyverner, paſſer l'hyver en quelque lieu.* Ital. *Invernare.* German. Das Winterläger haben/ ſich im Winter halten. Hiſpan. *Invernar o paſſar el invierno.*] Liv. lib. 7. ab Vrbe: Quia procul ab domo ac rebus ſuis hybernaſſent. Cic. pro Lege Manilia: Iam verò quemadmodum milites hybernent, quotidie ſermones ac literæ perferuntur. ¶ Dicitur etiam de mari & navibus, aliiſque rebus, quæ hyeme quieſcunt. Perſ. Satyr. 6: mihi nunc Ligus ora In-

tepet

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg